www.e-rara.ch

Margarita Philosophica Nova

Reisch, Gregor

Strassburg, 1508

Stadtbibliothek Schaffhausen

Shelf Mark: Kst 30

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-79801

Liber primus de grammatica. [Tractaus I. Cap. I-III.]

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

Liber.i.Tractatus.i.

Liber Primus de rudimentis Grāmatices Tractatus Primus De Noticia partium orationis. Capitulum Primum. De diffinitione et diuiſione Philoſophie.

Diſcipulus

Quid eſt ꝙ te iamdudum æſtuanti animo: alacri ſtudio ꝛ indefeſſo labore, in diuerſis libꝛis venari video. Ma. Philoſophiam quero. Di. Et quid ſit Philoſophia ignoro. Ma. Philoſophia eſt diuinarum humanarumꝗ rerum cognitio: ſtudio bene viuendi coniuncta. Uel eſt rerum humanarum diuinarumꝗ ſcientia. In cuius amorem Sapiens inuitat dicens. Hec ſpecioſior eſt ſole: ꝛ ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum: ꝛ luci comparata inuenitur prioꝛ. Omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua: ꝛ tanꝗ lutum eſtimabitur argentum in conſpectu illius. Nam omnium bonoꝛum mater eſt: ꝛ theuſaurus infinitus hoībus: quo qui vſi ſunt: pꝛicipes facti ſunt amicitie dei ꝛc. Unde ꝛ Seneca virū ſpeculatiuum quaſi deū in humano corpe heſpitatum aſtruebat. Di. Miras philoſophie laudes predicas. ſed vnde iſtoc inſignita ſit nomine edicito. Ma. Philoſophia nomen grecum eſt: non latinum oꝛtum a philos id eſt amicus ꝛ ſophia id eſt ſapientia quaſi amata ſapientia. Si enim ſapientie foꝛma: vt aiebat Plato oculis videri poſſet maxime ad amoꝛem ſui homines concitaret. Di. Et hinc Philoſophi dicti qui amatores ſunt ſapientie? Magiſter. Etiam fili. ſic enim primus Pythagoras non ſapientem ſed philoſophum potius ſe eſſe reſpondit. id eſt amatoꝛem ſapientie. Di. Quomodo amatores ſapientie ſunt: quam (vt ais) oculis cernere nequeunt: nihil autem amatum niſi cognitum? Ma. Sapientia ꝛ ſi oculis corpoꝛis neutiꝗ videatur cum ſit ſole ſpecioſioꝛ intellectualibus tamen facile videtur ab his qui diligunt eam. Et partim quidem vt a patre luminum (a quo omne datum optimum) immediatius inſpiratur. partim autem vt humana induſtria per ea que facta ſunt ſenſibilia indagatur Hinc ꝛ in plures partes ſecernitur. vt in pꝛetacta deſcriptione liquet.

Marginal notes: Phia qd. — Sapieñ. — Philoſophie laudēs — Augu. de trinita. lib. 14. cap. 1. — Seneca — Plato — Pythago. — Augu. de trini. li. 9. c. 3. ꝛ li. x. c. 1. et. 2. — Sap. 7. — Jacobi. 1. — Ad Ro. 1.

De Ratione et oꝛdine dicendoꝛum: Capitulum ſecundum. Diſcipulus.

Non me puto foeliciorem diem hactenus hac iſta vixiſſe quo hec ꝛ iocunda ꝛ animo meo gratiſſima audiui nec inferioꝛem foelicitatis partem me attigiſſe exiſtimarem. ſi hoꝛum ſaltem generalem cognitionē paucis conſequi poſſem. Magiſter. Optime ſentis. Nam Ariſtoteles moꝛtalium foelicitatem: non in diuitijs nec etiam in honoꝛibus.

Marginal notes: Ariſtotil. — Ethicorū.

nec ceteris bonis exterioribus: ſed ſpeculatione ſubſtantiarū ſeparatarū (de quibus methaphiſica) poſſe reperiri aſtruit. Et poeta felicem dicit eum: qui rerum potuit cognoſcere cauſas (que in ceteris philoſophie partibus inquiruntur.) Vergilius Georgic. ii. Hoc tamen omnium noticiam. Et ſi generalē paucis edocere labor eſt nō modicus. Dum enim iuxta Horatij ſentētiam breuis eſſe volo: obſcurus fio. Et ſi quid forte non tam ſcitu dignum: ꝗ vulgatum ſilentio preteritum iri contigerit: nō deerunt qui ſubductis ſupercilijs: rugato naſo ⁊ toruis oculis in ſuperficie palpitantes: canino dente omnia ſimul corrodent. Horatius in arte Malens autem horum ſubire calumnias: ꝗ te optime indolis Adoleſcentem: claro ſatum ſanguine ⁊ philoſophie cupidiſſimum: more pecudum ſine litteris vitam agere: partium philoſophie: eo quo enumerate ſunt ordine: prima rudimenta explanabo. A Grāmatica igitur omnium arcium prima initium ſumentes: in primis inextricabiles quoſdam eius labyrinthos abijciendos reor: ne in his diutius immorati: tēpus precioſiſſimum (quod natura mortalibus parce diſtribuit) ſine fructu pretereuntes vtiliora attingamus minime. Quid enim proderit ingenia puerorum tenerrima in fictis ſingulorum dicendorum continuationibus: diuiſionum excogitatis reductionibus ⁊ ſufficientijs: perplexis regiminum viribus anilium fabularū recitationibus: de Quis et Qui ſi inter pronomina cenſenda. De vocatiuo ſi verbo perſonali in ratione ſuppoſiti iungi poſſit: De quincꝫ Figuris: de imperſonalibus: ⁊ an ne gerundia inter participia collocanda veniant: Inſuper ⁊ de varijs impedimentis in conſtructionis ordine: ⁊ conſtructionum ſuperuacuis nominibus fruſtra occupari. Aut quid demum penſi habebit modos ſignificādi ⁊ omnimodam eorundem diuerſitatem tenerrimis auribus inculcari: quos ſine naturis rerum: ⁊ philoſophia prima neſciri nemo doctus dubitat. Hec itaꝗ ⁊ ſimilia miſſa facientes quo tendimus pergamus. Di. Perge.

De Grāmatice diffinitione inuentore ⁊ literarum numero ⁊ diſtinctione. Capitulum tertium. Magiſter

g

Rammatica igitur (a qua exordiri oportuit) eſt recte ſcribendi ⁊ loquendi ſcientia: fons ⁊ origo omnium artium. De qua et Quintilianus: niſi Grammatica fundamenta fideliter ieceris: quicquid ſuperſtruxeris corruit. Quint. Dicta autem παρα τα γραμματα id eſt litteris: quaſi litteraria ſcientia: eo ꝙ littera minima grammatice pars ſit. Di. Quis hanc primus homines edocuit? Ma. Grammatice prima elemēta: que (vt diximus) ſunt litttere: ſcd̄m linguarum diuerſitatem diuerſi tradidere. Hebraicas nancꝫ litteras ab Adam prothoplaſto noſtro parente: poſteris relictas facile accipimus: cū ⁊ omnibus creatis nomina indiderit. Adam. Harum ⁊ nomina ⁊ figure characterum ſunt.

Hebreum alphabetum.

Hebreum alphabetū.

tes. hes. ſain. vau he. daleth. gimel beth. aleph

ט ח ז ו ה ד ג ב א

ſamech. nun. nun. mem. mem. lamech chauf kauf. ioth.

ס ן נ ם מ ל ך כ י

Grecum alphabetū

tauf. ſchin. res. quf. zadeck: zadeck fe. pe. ayn

ת ש ר ק ץ צ ף פ ע

Grecum alphabetum.

Grecas vero Cadmum ex Phoenicia adduxiſſe perhibent: videlicet. alpha. vita. gama delta. epiſim. ſita. ita. thita. iota capa. lafda. mi. ni. xi.

α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ

omicron. pi. ro. ſigma. tau. ypſilon. phi. chi. pſi. omega.

ο π ρ σ τ υ φ χ ψ ω

Sed latinarum de quibus nos agimus Nicoſtratam Euandri matrem inuentricem hiſtorię tradunt. Non tamen omniū: ſed illaꝝ tm̄. A B C D E F G J L M N O P R S T V. alię autem ſcꝫ H k Q X y z. longo poſt tempore his quas Nicoſtrata inuenerat non ſine cauſis adiecte ſunt. Di. Quibus de cauſis? Ma. H addita eſt vt eſſet aſpirationis nota. aſpirantur eīm vocales oēs. vt ha he hi ho hu. Sed conſonātes in latinis nunq̄ꝫ (dēpto pulcher) aſpirantur. In grecis aūt ⁊ q̄ ab his c p r t aſpiratas conſpicimus. vt philoſophus: rhetor: theologus. Chriſtus quod grece per x quod valet ch: ⁊ ρ qd valet r ⁊ c quod valet s adiecto titello ſcribitur in hac forma xp̄c. Hinc quidam ex noſtris chriſtus per x p c ſcribendum inſulſe ignoranterqꝫ tradidere. k aſſūpta eſt vt inter c ⁊ q diſcrimen faceret. Nulla tamen dictio ſeu vox latina k ſcribenda eſt. licet vſus in aliquibus male habeat. Pro q nonnunq̄ꝫ antiquiores c ſcribebant. Sic pro x c ⁊ s vel g ⁊ s ponebant. Nunq̄ꝫ ergo poſt x ſcribendum eſt s. y vero ⁊ z a grecis mutuauit latinitas propter greca ſcribenda quibus nonnūq̄ꝫ vtitur y pro i. ⁊ z pro ſſ duplici ponitur. Sunt itaqꝫ littere numero. xxiij. quarum quinqꝫ vocales dicte: quia ſine alijs plenam vocem efficiunt. ſcꝫ a e i o u. Reliquę oēs conſonantes: quaſi cum vocalibus ſonantes. vt b cum e ſonat be. Similiter v ⁊ i in principio vel medio dictionis: ſi mox vocalis ſequit̄ in vim conſonantis migrant. vt valor Jacob. maior audiui. V vero immediate ſequēs g q ⁊ ſ. vim littere perdit: quia nec dypthongon: nec poſitionē efficit. vt lingua aqua ſuadeo. Conſonantes rurſus bipertiunt̄ in mutas ⁊ ſemiuocales. Mute ſunt quę vocali in qua deſinunt dempta abſqꝫ voce ſunt. vt b c d f g k p q t Cetere ſemiuocales ſunt. quia vocali a qua incipiunt dempta ſemiuocem faciunt. vt l m n r s x. E quibus duę liquide ſunt. ſcꝫ l ⁊ r. quia alicui mute adiūcte vocalem precedentē ancipitem reddunt. vt tenebrę repleo ⁊c. F aūt ⁊ ſi more ſemiuocalium a vocali incipiat: mutis tamen deputabitur: cum dictionem ad inſtar ſemiuocalium finire non poſſit. Ex his quedam in gutture alię labris: nōnullę vero appulſu linguæ circa dentes ⁊ palatum formantur quod labia mea ⁊ linguę deflectionem animaduertendo facile intelliges. Di. Capio. ſed in quem vſum aſſumptæ ſint edicito.

23. litterę vocales cōſonantes: mute: ſemivocales.

De Syllabis. Capitulum. IIII. Magi.

X connexione: litterarum diuerſe emergunt ſyllabe. Cum eñi due voca
e les iuncte fuerint: dypthongos quattuor efficiũt quarum due prime au
dyphthõgi ꝛ eu ꝛ ſcribi ꝛ legi poſſunt. vt audio euangelium. poſtreme autem due
æ ꝛ oe ſcribi poſſunt ſed legi conceſſum nõ eſt vt æneas. fœdus. Si aũt cõſonãs
vna vel plures vocali aſſociate fuerint: varias ſyllabas cauſant vt ba ca da ꝛc.
Non aũt plures tribus vocalem in eadem ſyllaba aut preire aut ſequi poſſunt.
Si aũt tres precedant due ſequuntur. vt monſtrans. Si tres ſequuntur: due
precedunt. vt ſtirps. ſemꝑ autẽ harum triũ prima vel vltima eſt l vel r. Quote
cunqꝫ autẽ ſine vocali cõbinate fuerint: ſyllabam non conſtituunt. Syllabam
ſyllaba ab omnes littere incipiunt y dempta: que ſemper in principio h aſpiratõem ante
oib' incho- ſe requirit. vt ab bos cos. dos. ex fur glos. hic in calende. laus mons non os pes
ari poteſt qui rus ſus. tu vrbs xenodochium hydria zona. Vocalibus omnibus ſyllabã
terminare conceſſum eſt. vt menſa cubile. gumi. leo genu. Conſonantibus autẽ
hec poteſtas certa lege conſtricta eſt. Di. Qua: Ma. B nullius ſylla-
B be finis eſt: niſi ꝛ ſequentis initium ſit. vt abbas. Excipiuntur dictiones cõpo-
ſite ex ꝑpoſitione in b terminata. vt ſublego. obtrecto obduco ꝛc. C ſyllabam
C terminat ſi ſequens a q vel c incipiat. vt ſiccus. quicqꝫ (quod ꝛ quidqꝫ dicit).
D D in ſimplicibus ſyllabã nõ terminat: in compoſitis autẽ ſi ſequens a d incipi-
at. vt reddo addo. Sed adquiro idcirco quicquid in prima ſyllaba d retinent.
Si aũt ſequens ſyllaba ab s ꝛ alia conſonante incipiat. d ſubtrahitur. vt aſcen
do. aſpiro aſto. F tunc ſyllabã finit: cum ſequens ab f incipit. vt afficio. Idẽ
F iudicium g ſubit. vt ſuggero aggero. H in appocopatis ſyllabam terminat.
G vt ah vah ab aha vaha. Proh ſine c ſcribitur. k in latinis non ponitur. vt
H ſupra viſum eſt. L ſyllabam finire poteſt quacunqꝫ conſonante ſequente. q.
K r k h demptis. vt albus vlcus valde alfeus algeo illud vlmus vlna culpa ful-
L cit altus ſilua mulxi. M ſyllabam terminat: ſi ſequens ab m b vel p incipiat
M Unde ꝛ ſi has conſonantes n preceſſerit: in m mutatur. vt ambulo imperium
immunis. M in ſequentibus c d f q t in n tranſit. vt quẽcũqꝫ tandẽ anfra-
ctus nunqꝫ. itentidem. Si autem n conti gerit ſequi m tunc in eadem ſylla-
ba erunt. vt damnum ſcamnum: nunqꝫ autem p interponenda eſt. Si autem
m ſequitur s vel t interponitur p cauſa melioris ſoni. vt compſi comptum. In-
ueniuntur etiam b c d l r s t u conſona interpoſita litteris cauſa ſoni melioris:
vt ambigo ex am ꝛ ago. ſicubi ex ſi ꝛ vbi. Prodeſt: ex pro ꝛ eſt. Dirimo ex di et
N emo. Obſcurus ex ob ꝛ cura. Identidem ex idem ꝛ idem Bouis a bos. N
ſyllabam finit ſequente c. vt truncus. d. vt mando. f. vt confiteor. g. vt angulus
(ſi autem n ſequitur g ipſum preire non poteſt. vt agnoſco) n vt annus: ſolẽnis
ſine p. q. vt inquiro s vt conſitus. t vt mantua. i conſona vt coniunx. U con-
P ſona vt conuerto. x. vt anxius. Sequenti vero r vertitur in idem r vt corrum-
Q po. Uertitur ꝛ in m. ſi ſequatur b m p exemplo vbi ſupra. P ſyllabam non
R finit: niſi ab ea ſequens incipiat vt lippus. Q nullius ſyllabe finis eſt.
R ſyllabam finit quacunqꝫ conſonante ſequente h dempta. vt morbus por-
cus ordo perficio margo perhibeo periuro perluceo carmen carnis corpus arqu-
e enens curtus morſus artus Xerxes coruus barzizia.

S ſequente ſ in ſimplicibus ſyllabam finit. vt aſſis. Et in compoſitis ſequen- S
te c i p t ſ. vt obſcurus. diſcret9. diſcutio. diſplicet. deſtinat. diſſuo. In ſimplicib9 T
autem ſc ſm ſp ſt ſunt eiuſdẽ ſyllabe. vt paſcua. coſmus. proſper. teſtis. T tunc
ſyllabe finis eſt cum ſequens ab eadem initium ſumit. vt attinet. ti autem ſylla
ba vti ci profertur: ſi mox alia vocalis ſequitur: niſi vel x ti precedat. vt mixtio Syllaba
geſtio. Dicimus tamen litium a lis. ⁊ vitium a vitis. ad differentiam licium ti fit ci.
⁊ vicium: ⁊ ſi qua ſunt ſimilia. Genitiuus autem ſingularis in nomine: vl' ſe-
cunda perſona pñtis indicatiui in verbo facile indicant: ſi haec ⁊ ab his deriua-
ta per ci vel ti ſcribenda ſint. vt ab aſtuti aſtutia. amici amicitia. ſitio ſitis. fa- X
cio facis. X ſyllabam finit in compoſitis ab ex: ſequente c l p q t. vt excurro. y
exlex. expecto. exquiro. extendo. y ſyllabam terminat vt zephyrus. z quãdoq3 z
in fine reperitur. vt achaz. Dicta autem de ſyllaba quã alia ſequitur intelligen-
da ſunt. Cetera ſi que de litterarũ naturis in mentem venient in proceſſu ſuis
locis interſerenda veniunt. vt in capitulo de verborum declinatione ⁊ p̄poſitio-
num compoſitione. Di. Optime. Sed quid demũ ex ſyllabis fit? Ma.
Dictiones: ex quibus tandem orõnem conſtituimus. per quam om̄em mentis
noſtre conceptum alteri indicare congrue poſſumus. Hinc ⁊ dictiones partes o-
rationis dicunt. Differentia vero earundem octo generib9 deprehenditur: que
ſunt. Nomen Pronomen Verbum Participium Aduerbiũ Coniunctio Pre-
poſitio Interiectio. De quib9 eodem ordine diſſertabimus. Et p̄mo de Noie

De Nomine Capitulum. V.

Diſcip. Nomen quid eſt? Magi. Eſt pars orationis cum caſu corpus Nomen
aut rem p̄prie communiterue ſignificans. Om̄e enim nomen aut ſig-
nificat rem groſſam aliquo ſenſu exteriori perceptibilem: ⁊ hoc corp9 Corpus
dicitur. vt lapis. aut ſignificat ens ſolo intellectu apprehenſibile: et Res.
hoc res appellatur. vt anima angelus. Dicitur autem haec orõnis
pars Nomen: quia res quibus nomen imponitur nominat. Di. Quo pa-
cto cognoſcam facilius que dictio nomen ſit Ma. Primo per eius vulga-
re: cui ſi addi poteſt ein vel ein ding. nomen eſt. vt homo ein menſch. albũ ein Cognitio
Qualitas wyß ding. Secundo per eius accñtia. Di. Quot accidũt nomi? Mag. nominis.
nois p̄pria Octo. ſ. qualitas. numerus. figura. perſona. caſus. declinatio. genus. et ſpecies. Accidẽtia
⁊ appellati Di. Qualitas noĩm quottuplex eſt? Ma. Duplex. p̄pria. ſ. ⁊ appellatiua: a nominis.
ua. qua nomen p̄prium vel appellatiuũ dicitur. Di. Quod eſt nomen proprium
Ma. Quod ſcat rem vnam alteri non communicabilem. vt ſunt om̄ia nomina
quarũcunq3 rerum p̄pria. vt Chriſtoferus. Di. Quod eſt nomen appellatiũ
Ma. Quod ſcat rem pluribus cõicabilem. vt homo humanitatẽ. que pluri-
bus cõicatur. Eſt ⁊ alia penes qualitatem nominis diuiſio: in adiectiuũ ſcʒ et
ſubſtantiuum. Di. Quod nomen eſt ſubſtantiuũ? Ma. Quod ſcat rem Nomẽ ſub
per modum per ſe ſtantis: ⁊ cognoſcitur per ſuum vulgare: cui non poteſt addi ſtantiuum
wyb: man: vel ding. Non enim dicitur homo menſch ding. Di. Quod no-
men eſt adiectiuũ? Ma. Quod ſcat ſuum ſcatum per modum adiacentis Adiectiuũ
alteri. Et cognoſcitur per ſuum vulgare: cui poteſt addi wyb man: vel ding.
vt albus weiß man. alba weiß fraw. album ein weiß ding. Di. Numeri no-
minum quot ſunt? Mag. Duo. ſingularis ⁊ pluralis. Di. Quod nomen
eſt ſingularis numeri? Ma. Cuius vulgari additur ein. vt homo ein menſch
Di. Quod nomen eſt pluralis numeri? Ma. Cuius vulgari additur vil
vt homines vil menſchen. Di. Figure nominũ quot ſunt? Magi. Due.